

1063 abril, San Juan de la Peña

5

Ramiro I, rey de Aragón, con su hijo Sancho Ramirez, da a la catedral de Jaca trece iglesias que estaban en sus proximidades.

ACJ, documentos reales, leg. I, núm. 3, letra siglo XIV(B).

AMJ, *Libro de la Cadena*, fol. 91-91 vuelto copia siglo XIV (C).

Ed. P. HUESCA, *Teatro histórico*, VIII, apénd. 5, p. 448 (b).

Ed. IBARRA, *DRI*, p. 177 (b).

Ed. SANGORRIN, *Libro de la Cadena*, p. 59-61, núm. 5.

FALSIFICACION

Sub Christi nomine et eius gratia. Nos Ranimirus quamvis indignus rex Aragonum, una cum filio nostro Sancio, donamus Deo et beato Petro Iaccensi ecclesie tredecim ecclesias circumdiacentibus civitate Iaccensi, quam ecclesiam per nos dinoscitur esse fundatam, scilicet ecclesiam de Auose, ecclesiam de Ypasa, ecclesiam de Bandrese, ecclesiam de Gossa, ecclesiam de Ulle, ecclesiam de Barose, ecclesiam de Ayne, ecclesiam de Larbesa, et monasterium nostrum Sancti Iuliani de Esa, cum pertinentiis suis, ecclesiam de Guaso, ecclesiam de Avaye, ecclesiam de Banaguase et ecclesiam de Asieso.

Predictas vero ecclesias concedimus¹ offerimus Deo et beato claviculari Iaccensi ecclesie ac² canonicis ibidem Deo servientibus de consensu dompno Sancio Iaccensi episcopo, magistro nostro, ut habeant canonici³ in commune per secula cuncta.

Et si quis contra istam nostram donationem venire temptaverit⁴, in iram et indignationem Dei subiaceat, et cum Datam et Habiron et cum Iuda proditore⁵ partem habeat in inferno inferiori, per secula cuncta, amen⁶, amen.

Facta carta in monasterio Sancti Iohannis de Pinna, era Ta. Ca. Ia., inditione XIII^a., mense aprilis, anno Incarnationis Dominice To. LX^o. III^o.

Ego Ranimirus rex hanc donationem propria manu confirmo SS [signo] et omnes proceres meos rogo ut hec confirmet et suscribant: Sancius filius regis SS [signo], Sancius ecclesie Iaccensis episcopus SS [signo] Belasco⁷ cenobii Sancti Iohannis de Pinna [signo], Sancius comes SS [signo], Fortunio Sancii procer SS [signo], Lope Garseanus procer SS [signo], Eximinius Sancii SS [signo], Sancius Garcez d'Espier nutritus aula regis SS [signo]⁸.

1 et, C. 2 et, C. 3 canonici, om. C. 4 atemptaverit, C. 5 traditore, C. 6 per secula cuncta, amen. om. C. 7 abbas, add. C. 8 Ego Petrus, filius Sancii Aragonensium regis, hec supradicte laudo et hos signum mane mea facio [signo en caracteres arabigos].